



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

155. Sente[n]tia Domini in servum nequa[m].

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CLIV.

*Ingratitudo & immisericordia ser-
vi illius.*

I. **E**gressus autem servus ille, invenit unū de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde, quod debes. *Matth. 18. Vers. 28.*

II. Et procidens servus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. *Matth. 18. Vers. 29.*

III. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. *Matth. 18. Vers. 30.*

MEDITATIO CLV.

Sententia Domini in servum nequam.

I. **V**identes autem conservi ejus, quæ fiebant, contristati sunt valdè: & venerunt, & narraverunt domino suo omnia, quæ facta fuerant. *Matth. 18. Vers. 31.*

II. Tunc vocavit illum dominus suus, & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogâsti me: nōne ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Domi-
nus

mus ejus, tradidit eum tortoribus, quoaduf-
que redderet univcrsum debitum. *Matth.*
18. v. 31. 33. 34.

III. Sic & pater meus caelestis faciet vo-
bis, si non remiseritis unusquisque fratri
suo de cordibus vestris. *Matth. 18. v. 35.*

MEDITATIO CLVI.

*Parabola X. boni pastoris, merce-
narij, ovium.*

I. **A** Men, amen dico vobis: qui non in-
trat per ostium in ovile ovium, sed
ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui au-
tem intrat per ostium, pastor est ovium.
Ioan. 10. v. 1. & 2.

II. Huic ostiarius aperit: & oves vocem
ejus audiunt: & proprias oves vocat nomi-
natim, & educit eas. Et cum proprias oves
emiserit, ante eas vadit: & oves illum se-
quuntur, quia sciunt vocem ejus. *Ioan. 10.*
v. 3. & 4.

III. Alienum autem non sequuntur, sed
fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem
alienorum. Hoc proverbium dixit eis Ie-
sus. Illi autem non cognoverunt, quid lo-
queretur eis. *Ioan. 10. v. 5. & 6.*